

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio aq
cum uariis

Pensandum ualde est ad culmen regiminis quisque qualiter ueniat, atque ad hoc rite perueniens qualiter uiuat, et bene uiuens qualiter doceat, et recte docens infirmitatem suam cotidie cognoscat ne aut humilitas accessum fugiat, aut peruencioni uita contradicat, aut uitam doctrina destituat, aut doctrinam presumptio extollat. Virtutibus pollens coactus ad regimen ueniat; uirtutibus uacuus nec coactus accedat.

Gregorius in pastoralis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

pensandum] pensandus C; rite] recte M; nec] ne C L²